

CARMINA

IN HONOREM DO-
CTISSIMI IUVENIS, VIR-
TVTVM INSIGNIVM ORNAMEN-

tis, nec non pietatis laude, & iuris scientia commendatissi-
mi, Dn. BALTHASARIS, Viri clarissimi & prudentis-
simi Dn. M. BALTHASARIS Professoris in gymnasio So-
raborum illustri, F. KIESVETTERI SERVESTANI,
cū ipsi nonum locum occupantū inter XXVIII, candida-
tos summus in Philosophia gradus, ac insignia Magisterij,
à Clarissimo viro Dn. M. IOHANNES GRVNIO NORIN-
BERGENSI, spectabili Philosophorum collegij Decano
in celeberrima Academia VVITEBERGENSI XVII.
KL. IIXBR. Anno salutis humanæ MD. XC.
decernerentur, ac publicè tribuerentur.

Scripta

ab

AMICIS.



Amicis

VVITEBERGAE,
Typis M. Georgij Molleri,
M. D. XC.

Aico suo colendo Dn. Magno
Iohanni Theowaldo Dat. Jacobus



Quærere linguarum, virtutis & artis honores,
Res est grata Deo, res quoq; grata viris.
Hanc reuerenter habent Christum reuerenter ha-
Nam linguæ ac artes sunt bona dona Dei. (bentes,
Heu citò Forma perit, citò magna pecunia transit,
Sed virtutis opes tempus in omne manent.
Digna cedro pietas & leui digna Cupresso est,
Iusticiæq; decus laude carere nequit.
Virtuti laudum præconia detrahe & arti,
Heu vix quæ placeat quæq; colatur erit.
Ac leuis est quem non stimulat decus artis honestum
Cui non rapta venit gloria, iusta venit.
Sic tibi nunc meriti tribuuntur nomina honoris,
Quæ precor ex animo prosperet ipse Deus.

M. VVolfgangus Franzius
Plauensis.



ΕΥΦΗΜΙΑ

AD M. BALTHASAR REM KIESV VETTERVM DE COGNOMINIS IPSI FILII NOVIS HONORIBVS.



Ἡμα κακοὶ ἄνθρωποι, ὅσοι τ' ἀγαθοὶ μέγα χάριμα,
 ἔμμορε τοι δώρου, ὅστ' ἔμμορε ἦος ἐοδλᾶ,
 ἔμμορε καὶ τιμῆς, ὅστ' ἔμμορε τιμῆς ἦδ' ἔσ.
 καὶ δύναμι, χαλεπὸν σπεύδῃ ἀρετῆς ποτὶ ὄμιον
 ἦος σῆο ἐδωρ τῆς Δάφνης ἱερὸν ὄζον,
 ὦ φίλε κισβεττῆρ', ἐμῶ κεχαρισμένε θυμῶ,
 χαῖρ' ἀγαθῶ πατρός πατέρη ἦωι, ἠδ' ἐφείρισε,

δῶρ νῦν ἔλαχε, καὶ κῦδος ἀριστερῶν ἔχῃ,
 ἄσβεστόνθ' ὅ ἐπει σοι ἐπώνυμοι ὄνομα, ἦε ἔσ,
 οὐ μόνον ἔχε τὸν τὸ εὐκλεῆς, ἀλλ' ἀρετῆσιν
 πατρώαις τε σαφροσύνῃσι κεκασμένος εἶναι,
 οὔτε δοκῆν αὐτὸς μόνον δέλει, εἰκελος ὄρμη
 ἀθλητῆρ' ἀγαθῶ, περικαλλία ὅς τὰ ἀεθλα
 ἀντὶ πόνων ἄριστ' ἰμείζεται. Ἡνὶδε ποίοις
 αὐτὸν λευκοσίδης μῦσαι κόσμησαν ἰάνθοις,
 ὡς κεφαλὴ σεμνὴ λαμπροῦς σπινθῆρας ἰάλλει
 ὦ μάκαρες ποσαπλῶς παιδευταί, τῷ μὲν ἐφετμῆς
 κείνῳ ἐνὶ προαΐδεσι αἰεὶ μεμνημύω ἔργα
 ἔσι φίλον κοσμῆν τὰ δέοντα, δίκαιά τε πράσασιν.
 τῆς γὰρ ἀληθείης σάλπιγγ' ἐμεγάλῃ, μελίγηρῶς,
 ληριόεσσα ὁ ἀμλιγγὸς τῶν ἐδωκεν ἄσκητον
 εὐσεβίῳ, ἐρτῆ συλλήβδῳ πᾶσ' ἀρετῇσι
 τεχνάων λογικῶν γυμνάσματα δῆος ἀοιδῶν
 περικανδρόστ' ἐδίδαξε, καὶ ἄλλοι ἄλλ' ἐπίδαντο.

Ε

A 2

ΤΥΝ



ἀλλ' ἐν
τῷ ἔχθρῳ
μοιο.

τύπῳ δὲ γενετῆς θρέψας, καὶ πολλὰ δίδασκει
δευτὴρ, πρὸς τ' ἐδέμῳ σμικρῶν οὐδ' ἀχρησίμα κα γῶ,
λευκορίδων τὰ ὄντα ἐν ἰσχυροῦσι καὶ ἰσχυροῦσι
εἶθ' ὄφελος, φίλ' ἐταῦρε, ἰδὲρ καὶ μείζω ἀρεῶν αἰ
τιμῶν παῖδα φίλονθ', ἐτέρως καὶ τῶν ὁσκηδῆρ.

Iohannes Theopoldus. H.

AD BALTHASAREM

KYESVETTERVM F. VVITERS

bergam concessurum προπεμπτικόν.

Sospes relinquo littera Patriæ,
Lycea saluus Leucoridum pete,
Mercesq; quas emurus ibis,
Fœnore multiplici reportes.
Paterna virtus excitet æmulum
Laudis, faventem Pegasidum choro,
Humanitatis quiq; gestet
Pectora, cum gravitate mista?
Severa parcant fata superstiti,
Fervorq; cœptus continuet vicem:
Spernas voluptatis caducæ
Munera, sis patiens laborum.
Ducas Deo nihil carius, altius,
Ejusq; verbo: nam sapientiæ
Fons est: Sapit nil mentis acer
Spiritus hac vacuatus arge.

ἀλλ' ἐν

viduans

Sed



Sed quid volentem pergere demoror?
Venti faventes te revehant, precor,
Felix abi, sospes redito,
Vive, vale, memor esto nostri.

J. Theopoldi H.

GRATVLATIO.

ET ex L. un. C. de Professor. qui in urb. Constant. docen.
ex Leg. meruer. comit. lib. 12. Et ex L. cui 57. ff. de verb.
& rer. sign. desumpta: Quo loci Iureconsultus PAVLVS inquit:
Cui præcipua cura rerum incumbit, & qui magis, quàm cæteri di-
ligentiam & sollicitudinem rebus, quibus præsumt, debent, Hi
MAGISTRI appellantur. Quin etiam & ipsi Magistra-
tus, per deriuationem, à Magistris cognominantur: Vnde
etiam cuiuslibet disciplinae Præceptores, MAGI-
STROS adpellamus, à monendo, vel
monstrando, &c.

*Maxima pars hominum præfert virtutibus aurū,
Per fas atq; nefas hinc sibi querit opes.
Nemo ferè est, studio vigili qui deditus ARTES
Appetat, aut digno laudis honore colat.
Hinc sine honore iacent hac nostra ætate Camæna,
Illis nullus honos nunc nisi restat onus.*

A 3 Fnde

Inde quoq³ existunt ambagum devia multa,
A studijs Iuvenes quærenocare solent.
Impedit hunc nimius LABOR, illi occurrunt EGESTAS,
Insidias alijs VINA VENVS q³ struunt.
Hunc via difficilis, quæ ducit ad Aonas oras,
Surripit: ad MVSAS haud via lata datur.
O mores hominum, peruersa ô secula mundi,
Est furor indomitus spernere dona DEI.
ARTES dona DEI sunt, qui contemnit easdem,
Muneris authorem respuit ille DEVM.
Vos igitur Proceres, Tuq³ ô studiosa Iuventus,
Plus oculis vestris dona adamate DEI.
Hinc, velut ex scatebra, dimanant commoda multa,
Religio inde Schola, publica Resq³ vigent.
Paucaloquor: MVSLIS præsens hac vita caduca,
Haud secus ac mundus Sole, carere nequit.
Artibus ingenuis decus immortale paratur,
Maxima & inde venit Gloria, Fama, decus.
Omnia vana, caduca, caduntq³ cadentibus annis,
Sed Fama, ingenio parta, perire nequit.
DIVITIAE prorsus nil sunt nil munera forma,
Illas bella, ignis diripit hancq³ dies.
FORMA bonũ fragile est: VIRTUS sed SOLA perennis,
Quæ venit ex studijs, permanet vsq³ viget.
ARTI-

ARTIBVS ingenuis qua parta est, Gloria viuet,
Flauus hic Albis aquas dum vehet astra polus.
Quarè felices, quos cerda rigasse Sophia
Iuuat & Aonijs visere rura soli.
Quippe suos summo cultores ornat honore,
Post cineres viuant tempus in omne facit.
Inde gradus Veteres quondam sanxere decentes,
Premia dum dignis contribuere Viris.
Per graue principium est, fateor, velut edocet vsus,
Arboris ac radix est per amara simul:
Conando tamen adsiduus LABOR omnia vincit,
Suscitat ingenium gnauiter iste LABOR.
Dona DEVS vigili non elocat absq; labore,
Stertendo, & somno gloria nulla datur.
Gloria, Fama venit sudore, ardore, labore,
Parnassi vincit qui modò honore iugum.
Balthasare in studijs vigili quia mente fuisti
Haectenus, intrepido corde ferenda ferens.
Ultima non primis vertisti aut maxima paruis,
Tempore at egisti debita quaeq; suo.
Quin etiam ingenuas coluisti ardore Camœnas,
Dum totas (quid enim portio?) mente tenes:
Ergo hodie meruò, vernanti in flore Iuuenta,
Commendat studium publica fama tuum.

Proq³ labore tuo **TIBI** præmia digna rependit
Cynthius: Ignavis nulla corona datur.

O quam felici venisti sidere in urbem

Hanc, ubi Leucorea sunt sita tecta schola:

Eminet urbs **VVITEBERGA** fluit quò spumifer
Albis,

Via **MELANTHONIOS** lausq³ schola usq³ manet.

In tenebris **fIDEL** r**VrsVM** **LUX** Vera re-
s**VrgIt**,

Ipsè p**Il**s affert a**V** **XILIV** **MV** sq**Ve**
De**V**s:

En post innumeros sudores, totq³ procellas,

Quæ nimium Iuvenes exagitare solent,

Iste **MAGISTERII** titulus, iuuenilibus
annis,

Obuenit, unde tibi Gloria, splendor, honos.

Hic scopus, hi fines studiorum, hæc meta laborum,

Gloria nulla, nisi parta labore, datur.

Fortunate nimis, qui tecta ad splendida Patris

Dilecti venies auctus honore nouo.

Gaudia pertentent pectus nunc quanta pater-
num,

Adspicit hic senij nam baculum ipse sui?

Artibus

Quippe tui sequeris cari vestigia patris,
Pegasidum excultum munere pectus habens.
Præmia Victor ouans Parnasso è monte reportas,
Ingenium, Virtus quæ peperere Labor:
Purpureis quando maculis tegit infula frontem
Tincta, caput cingens, ceu Diadema, tuum.
Leucoris atq; ornat TE Academia honore Magistri,
Sic Sophia confert summum et in arte gradum.
Vnde Heliconiades libris gratantur apertis,
Ut tibi, quæ prosunt, sedulitate pares.
Quæ nostiq; queas alii impertire roganti,
Ut doceas alios Jus datur inde tibi.
Deinde viro à claro (semper quem nostra THALIA
Ut præceptorem noscit amatq; suum.)
In digitos datur iste micans puro annulus auro,
Qui pignus tituli, testis honoris erit.
Quem meruere tui mores, laudat atq; VIRTUS,
Quem meruit PIETAS, ingeniumq; tuum.
Quod restat, Titulum, meritiq; insignia honoris
Gratulor eximium, dulcis Amice, locum.
Perge tuas laudes studiis extendere honestis
Ulterius, semper patrem imitando tuum:
Gymnasio Seruestano usq; fideliter ille
Seruit, & officium sedulitate facit.

Perge,

Perge, inquam, veluti cepisti, haud segniter insta,
 Quandoquidem, ut fugias ocia, calcar habes.
 Quin etiam pia Vota DEO fac, funde precesq;
 Speratum faciet pondus habere preces.
 Continuans studia &, quo par est, usq; labore,
 Assiduis manibus Biblia sancta tere:
 Quae per MARTINUM sunt instaurata LUTHERUM,
 Quem veluti Numen secula nostra colunt.
 Adfuit unanimes cui semper corde Melancton,
 Spernere quem vulgi turba profana solet:
 Insuper innumeras Leges quoq; volue reuolue
 Et Canones, donec mente tenere vales.
 Hinc vigili studio Spartam, quam nactus es, orna,
 Sic CHRISTVS praesens Numine adesse volet.
 Ille TIBI vires, successum viribus addet,
 Ni parcas studio, non operi, aut opere.
 Sed quid ago? nitens inducere flumina ponto,
 Sic & arenae & aquis semina mando vagis.
 Sic noctis volucres mitto Tritonidos urbi,
 Sic feret argutos Aphrogenia sales.
 Tu cole Justiciam, fontesq; examina Legum
 Tu resera, arguti cultus in arte fori.
 Scita locupletis rimare volumina Baldi,
 Si causarum actor strenuus esse velis.

Δύσφορα

Δύσφορα πάντα πόνος vincit, modò fortiter urge,
Vt breue, sic leue fit, quod benè fertur, onus.
Perge fouere Themingremio, cū Numine Phœbi,
Sic decor ac laudes huius & huius eris.
Adspice tum Pylios Soles diademate cinctus,
I nserui Musis: Gloriam amato DE I.

*Iacobi Isebergij,
SS. LL. studiosi.*


FINIS.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Jacobi Hebergis
22. 11. 1648

FINIS



Cl 1926

ULB Halle 3
001 556 118



Stk. 6 = Handschrift

Sb.

Paul Friedrich
Buchbindermeister
Merseburg a. S.

VDA 7







XXVII

26

CARMINA
IN HONOREM DOCTISSIMI IUVENIS, VIR-
TVTVM INSIGNIVM ORNAMEN-
tis, nec non pietatis laude, & iuris scientia commendatiss-
mi, Dn. BALTHASARIS, Viri clarissimi & prudentis-
simi Dn. M. BALTHASARIS Professoris in gymnasio So-
raborum illustri, F. KIESVETTERI SERVESTANI,
cū ipsi nonum locum occupantū inter XXVIII, candida-
tos summus in Philosophia gradus, ac insignia Magisterij,
à Clarissimo viro Dn. M. IOHANNE GRVNIO NORIN-
BERGENSI, spectabili Philosophorum collegij Decano
in celeberrima Academia VVITEBERGENSI XVII.
KL. IIXBR. Anno salutis humanæ MD. IX.
decernerentur, ac publicè tribuerentur.

Scripta
ab
AMICIS.

Amicis

VVITEBERGAE,
Typis M. Georgij Molleri,
M. D. XC.

Aico suo colendo Dn. Magro
Iohanni Theowaldo Dat. Iacobus

